Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36491
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

73

ad auctoris sui imaginem ac similitudinem sit condita me
minit. et iuxta percepte similitudinis ordinem incedit. Que
sese non cognoscit egreditur, quia a secreto sui cordis expul
sa in exterioribus concupiscentiis dissipatur. Egressa vero abiit post
vestigia gregum, quia sua interna deserens ad lata unde
licet via ducitur et sequitur exempla perditorum, nec iam agnos
sed edos pascit, quia non innoxias cogitationes intus sed nu
trire pravos motus carnis intendit. Quia ergo electus quisque
ac continens abire post gregum vestigia despicit, dicatur recte:
Contempnit multitudinem civitatis. Ubi et apte subiungitur:
Clamorem exactoris non audit. Quis intelligi exactor alius
nisi diabolus potest, qui semel in paradyso homini male
persuasionis nummum contulit, et cottidie ab eo huius debiti
exigere reatum querit. Huius exactoris sermo est
male suggestionis inchoatio, huius exactoris clamor est
iam non lenis sed violenta temptatio. Hic exactor loquitur
cum leniter suggerit, hic exactor clamat cum fortiter temp
tat. Clamorem ergo exactoris non audire est violentis tempta
tionum motibus minime consentire. Audiret enim si ea que
suggerit faceret. Sed cum perversa agere despicit, recte dicitur:
clamorem exactoris non audit. Nonnulli vero hoc loco per
exactorem intelligi ventrem volunt. Ipse namque a nobis
quoddam debitum exigit, quia cottidianum fructum sibi hu
mani laboris inpendi etiam pro natura querit. Abstinen
tes ergo viri, qui loco hoc onagri vocabulo figurantur, dum
violenta gule desideria reprimunt, quasi clamantis ex
actoris verba contempnunt. Sed cum continenti viro contra in
numera vicia multa virtutum certamina suppetant,
cur sub exactoris clamore contempto de solo hic ventre

xl. iii.
Id est sermo exactoris
est male inchoatio
suggestionis.